



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 159. Cajeta a Consalvo incassum obsessa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

§. CLIX.

Sæcul. XVI.
A. C. 1503.*Cajeta a Consalvo incaſſum obſeſſa.*

Ceterum, quamvis Galli ingenti clade attriti fuiſſent, nihilominus Ivonis Alegrii ſolertia quatuor peditum millia cum quadringentis Cataphractis Hispanorum furori ſubduxit: præterea adhuc dum Gallorum imperio parebant tam in Aprutio, quam alibi nonnullæ civitates, nimirum præter alias, Aquila, Rocca Evendria, Venuſia, & Matabora. Ergo Alegrius ad Cajetenſem urbem, arte ac natura longe munitiſſimam, exercitus ſui reliquias admovet, quas, ubi Conſalvus obſidionem parabat, urbi intulit, eamque invicto robore defendit, donec ex Galliis opportuna adventaſſent auxilia: hinc Conſalvus, cui inexpectata erat Alegrii induſtria, Caſtellionum, quod a priſcis *Formianum* appellatum creditur, ſeſe recipere compellitur, amiſſo Hugone Cardonno, animi fortitudine inter Hispaniæ Equites nominatiſſimo, qui grandioris plumbi globo occiſus fuit.

*Marian. lib. 28. n. II.**Roche d'Evendre forte Rocca Imperiale.*

§. CLX.

Ovi caſtrum a Petro Navarra captum.

Hæc dum Cajetæ gerantur, Petrus Navarra Neapoli Caſtrum Ovi oppugna-